



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXIX. Boldewin und Werner von Bodendyk verkaufen dem Kloster  
Diesdorf das Dorf Zmoleue, am 1. August 1330.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

ditatis titulo specialiter ego Henninghus unum mansum in villa et in campis Wentuelde soluentem annuatim X modios filiginis et in villa Prifcer in una curia, quam colit Willekinus, VII modios filiginis, et in villa Jekelue in quadam curia, quam colit Kaulize, V modios filiginis vendidi domino Hinrico predicto et resignavi omni iuri, quod habui in predictis, ad manus domini supradicti. Hec bona domina Duciffa commisit Frederico juniore de Garthou, donec dictus plebanus proprietatem posset acquirere predictorum. Specialiter etiam ego Fredericus junior vendidi domino Hinrico memorato in predictis villis et curiis prenotatis videlicet Prifcer VII modios filiginis et in Jekelue V modios filiginis annis singulis ab omni impetitione perpetuo possidendas. Hec predicta bona sine redditus, quos a nobis predictus dominus Hinricus comparavit ad honorem Dei et ad remedium anime domini Hinrici, ultimi Comitis de Luchou et domini Hermanni Marchionis et ad remedium anime sue proprie et progenitorum suorum de Gartou monialibus ecclesie in Distorp ut predictorum annualis memoria fidelius peragatur perpetuis temporibus assignavit. In huius contractus evidens testimonium sigilla nostra et sigillum Frederici senioris de Garthou, ne predictus dominus Hinricus in bonis predictis, que memorate ecclesie donavit sicuti ipse habuit decipiatur, presentibus sunt appensa. Testes huius facti sunt Johannes apud fontem, Thidericus Bolc, Godeke Wolderi, consules in Soltwedele, Henninghus frater senioris Frederici, qui simul compromisit, Albertus sacerdos Altarista in Garthow et plures alii fide digni. Datum Garthow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>., in die S. Gregorii pape.

Gercken's Dipl. II, 184—186.

XXXIX. Boldevin und Werner von Bodendyk verkaufen dem Kloster Diesdorf das Dorf Zmoleue, am 1. August 1330.

In nomine domine amen. Nos Boldevinus et Wernerus, famuli, filii quondam Henninghi, militis, de Bodendyke, notum facimus presentibus et futuris publice protestando, nos unanimi voluntate atque consensu et ratihabitione omnium heredum nostrorum et fratrum nec non omnium et singulorum quorum de iure intererat nobis plenissime accedente honorabili viro domino Gundero preposito totique conventui in Distorpe villam Zmoleue, in qua dicti prepositus et conventus prius censum habuerant, cum omni iure et fructu, quibus ad nos iure hereditario pervenerat et hactenus possedimus, pure venditionis titulo pro centum et quadraginta marcis denariorum Luneburg, vendidisse, nichil iuris in dicta villa nobis et nostris heredibus reservantes, volentes siquidem eidem domino preposito et conventui de dicta villa debitam et sufficientem prestare warandiam, sicut iuris est et consuetudinis approbate. In quorum omnium et singulorum evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Ego etiam Conradus, dictus Wolcmarus, famulus, testis istius rei qui presenti contractui interfui ad maiorem cautelam sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum et actum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>., Kl. Augusti.

Gercken's Dipl. II, 186—187. — Statt Gundero prep. ist wahrscheinlich Swidero zu lesen.